PATERIUS · GREGORIUS I. · AUGUSTINUS

Salzburg (?), 6. Jahrzehnt 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sive circumspectionis angustat. Sin
et ad semetipsam circumspectionis labitur et
perfectus quasi quibusdam veritatis
vestigiis ad sua intima revocatur.
Haec tamen ipsa per contemplatorum
facta non solida et permanens vi-
sio. Sed ut ita dixerim quasi quedam
visionis imitatio dei facies dicitur.
Quia enim per faciem quemlibet ag-
noscimus non immerito per faciem
dei cognitionem dei vocamus. Hinc
ergo Jacob post quam cum angelo
luctatus est ait. Vidi dominum facie
ad faciem. Ac si diceret. Cogno-
vi deum quia me cognoscere dig-
natus est. Quam cognitionem ple-
nissime paulus in fine testatur
dicens. Tunc cognoscam sicut et
cognitus sum.

Pastoralis cura l iii

Egressa est dina ut videat mulieres regionis illius

Dum de causida men-
tis vagatione tractatur
adiunctum est. Egressa
est dina ut videret mulieres
regionis illius. Quam cum vidisset
sichem filius emor ethei prin-
cipis terre illius terre adamavit
et rapuit et dormivit cum illa
vi opprimens virginem et conglu-
tinata est anima eius cum ea
tristemque blanditiis delinivit.
Dina quippe ut mulieres vide-
at aliene regionis egreditur
quando unaqueque mens sua studia
negligens actiones alienas
curans extra habitum atque ordi-
nem proprium vagatur. Quam siche
princeps terre opprimit quia videlicet

inventam ex curis exterioribus
dyabolus corrumpit. Et conglutina-
ta est anima eius cum ea quia
unitam sibi per iniquitatem respicit.
Et quia cum mens a culpa resipis-
cit addicit atque admissum flere
conatur. Corruptor autem spes atque
securitates vacuas ante ocu-
los revocat quatenus utilitatem tristi-
cie subtrahat. Recte illic adiungitur
tristemque blanditiis delinivit.
Modo enim aliorum facta graviora
modo nihil esse quod perpetratum est
modo misericordem dominum loquitur
modo adhuc tempus subsequens
ad penitenciam pollicetur ut dum
per hec decepta mens ducitur ab
intencione penitentie suspenditur
quatenus tunc bona nulla percipiat
quam nunc mala nulla contristant
et tunc plenius obruatur suppliciis
que nunc etiam gaudet in delictis.

In libro Job i Et in capitulo
xxx

De talari tunica Joseph

Dum de perseverando in
bono opere tractatur
adiunctum est de tala-
ri tunica ioseph. Joseph quoque
inter fratres xi usque ad finem vitam
perseverasse describitur solus tala-
rem tunicam habuisse perhibetur.
Quid est ergo talaris tunica nisi
actio consummata. Quasi enim
expensa tunica talum corporis
operit cum bona actio ante dei
oculos usque ad vite nos terminum
tegit. Unde per moysen caudam
hostie in altare offerre precipitur.